

habere. De administratione vero altaris, quod super corpus B. Bassiani Confessoris situm est, omnino præcipimus, ut nullus ei administrare præsumat, qui vel pretio in eandem introierit Ecclesiam, vel qui fornicator est, aut turpis lucri sectator. Data Romæ quinto nonas martii Indiæ. XIII.

MLXXV.

Epistola Gregorii VII. ad Episcopos Ecclesiæ Mediolanensi subjectos, qua scribit se Thedaldum in Mediolanensi Ecclesia intrusum ad Synodum vocasse; ac eis præcipit, ne ullus audeat eum ad S. Ordines promovere. Incipit: Gregorius Episcopus servus servorum Dei Fratribus & Episcopis Coepiscopis Gregorio Vercellensi, Cuniberto Taurinensi, Ingoni Astensi, Ogerio Eporediensi, Opizoni (S. Vvidonis Episc. Aquens. jam demortui Fratri) Laudensi, & ceteris suffraganeis sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ (inter quos Albertus Episc. Aquen. ad quem Gregorius anno superiore Epistolam scripserat, quam vide par. II. doc. 1. col. 1.) obedientibus Apostolicæ Sedi salutem, & Apostolicam Benedictionem &c. Data Romæ VI. id. octob. Indiæ. XV. Conc. Coll. Lab. Tom. XX. col. 194. lib. III. Epist. 9. Indiæ ab hoc Pontifice usurpata incipiebat initio septembris, ut evidenter patet ex Epistola 4. lib. IV. col. 210.

Commutatio possessionum a filiis Quintali inita cum Gisla Abbatissa Mon. S. M. Ex Tabul. Mon. Aq.

MLXXVIII.

Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi milleximo septuagesimo octavo, quinto die mensis octobris indiætionis secunda. Commutatio bonæ fidei noscitur esse contractum, ut invicem emptionis obtineat firmitatem, eodemque nexu obligat contraentes: placuit, itaque bona convenit voluntate inter Dona Gisla Abbatissa Monasterio Sanctæ Dei Genitricis Virginis Marie de Civitate Aquensis foris burgo prope Casaronia, necnon & Benzo & Rimanno, seu Rodulfi Germanis filiis quondam Quintali & Addalaxa filia Goselmi, & eorum Rimanni, qui professi sumus nos omnes ex natione nostra lege vivere Romana, ut in Dei nomine debeant dare, sicut a presenti dederunt, ac tradiderunt vicissim sibi unus alteri commutationis nomine in pignus dedit ipsa Dona Gisla Abbatissa da parte ipsius Monasterio eidem Rimanno, & Benzo, seu Rodulfi Germanis commutationis nomine, hoc est pecies duas de vites cum areis suarum juris ipsius Monasterio, quibus sumpositis in loco & fundo bagarie. Prima pecies de vites cum area sua infracr. loco bagarie est pro mensura justa perticas jugaleis quatuor ac dimidia: coeret ei de duabus partibus vites Rodulfi, & de alia parte vites eredes quondam Primo. Secunda de vites ibi prope S. mensura justa perticas jugales duas, da una parte Sanctæ Marie, & de alia parte via, da tertia parte eredes Quintali, sibi que alunt coerentes. Quidem ed ad invicem recepi ipsa Donna Gisla Abbatissa a parte ipsius

Monasterio ab eundem Rimanno, & Benzo, seu Rodulfi Germanis adque Addalaxa conjux Rimanni fr. . . . lique in causa commutationis nomine meliorata rex sicut lex habet, idest campum unum, cum aliquid vites cum area sua insimul tenente juris nostris, quam habere vixi sumus in loco, & fundo Castagnedallo, & est ipsum campum cum aliquid vides cum area sua pro mensura justa jugea una: coeret ei da una parte bosco Alarie, & de alia parte in nostra reservamus potestate, & da tertia parte terra Imilda sibi que alei sit coerentes. Ademque jandicta pecies de vites cum terra arabille insimul tenentem in eosdem locas, e fundas Bagnariæ, & Castagnedallo superius nominatas, vel commutatas una cum accessionibus, & ingresoras earum, seu cum superioribus, & inferioribus suis qualiter superius mensura, & coerencias legitur, & inter se commutaverunt sibi unus alteri per as paginas commutationis nomine tradiderunt, facientes exinde unusquisque de eo commutationis nomine de ipsis quamque & successores in eredes eorum legaliter a presenti die proprietario nomine quicquid voluerint, aut providerint sine omnium alterius contradictione exsponderunt ipsi commutantes sibi unus alterius tam ipsi, quamque & successores, vel eredes eorum quisque supra dederunt in integrum omni tempore ab omni omine defendere. Quidem & ut ordo legis deposit, & ad hac providendam commutationis nomine acceperunt super ipsis rebus hac providendam idest Vidixioni Presbyter miso donna Gisla Abbatissa ab eo directo una cum bonos omnes estimatores, qui ipsas restimaverunt ipsum Martino filius quondam Rainerii, & Lanfranchi filius quondam (adest in archetypo spatium vacuum), quibus omnibus estimantibus comparuit eorum, & exstimaverunt quod meliorata rex susiperet. Ipsa donna Gisla Abbatissa a parte ipsius monasterii ab eundem Rimanni, & Benzoni, seu Rodulfi germanis, adque Adalaxa conjux infracr. Rimanni, quem dare legibus commutatio ista hec fieri posset. De quibus hec pecies inter se posuerunt, ut quis ex ipsis, aut successores, vel eredes eorum legaliter, sed anc commutationis nomine remove quexierint, & non permanserint in ea omnia qualiter supra legitur, vel si ab unum quoque omine quis quod ut supra dederunt in integrum, & ab invicem non defenserint compars parti fidem servandi pena dubli ipsis rebus, sicut pro tempore fuerint melioratis auualuerunt sub extimationes in consimilis locis, & nec eis licead ullo tempore nolle quod voluimus, sed quod a nobis semel factum, vel conscriptum est super jusjurandum inviolabiliter conservare promitto constipulacione subnixa. Unde due carte commutationis uno tinore scripture sunt pagina Tedduertus Notarius Sacri Palatii tradidit, e scribere rogavit, in qua subter confirmans testibus que obtuli roborandam.

Actum in Vico UUiliote feliciter.

† Gisla Abbatissa.

Signum manibus jualibus, seu germanis, qui anc cartam commutationis fieri rogaverunt ut supra.